

## XVI<sup>o</sup> d' Estre Gallus.

Vilis Arithmeticus, cui nota est Regula de Tre  
Hunc inter Papas si numerare velit  
Pessima multiplicat, sed dividit optima solus.  
Ult regnet natum diuidit atq; Patrem.

## XVII<sup>o</sup> Bonzius in Gallia.

Martius hic Narbo braccatae gloria Gentis  
Bon si fors Regi non bonus ille Gregi  
Ergo regat Regem, Legem ferat alter, et ad sit  
Quo melius poterit Grex moderante regi.

## XVIII<sup>o</sup> Ursinus.

Purpureos inter Patres urgeris ut es̄es  
Et beneventinus Pastor at Ursus eras  
Eccl̄iae Caput ut fiat, Dominiq; Supremi  
Ut bene pascat Oves, vix tan̄ Ursus erit.

## XIX. Colonna.

Purpureos inter Patres tu sola Columna,  
Ac solus Solio tu quoq; dignus eris!  
Tolleris, hoc nomen solus, non solus, et omen  
Tu geris Eccl̄iae multa Columna Dei.

## XX. Nerlius.

Si nervos omnes intendas, Nerlius omnes  
Concordes Chordas vix facis ipse tibi  
Efficies citius cunctas testudine Chordas  
Quam tibi paucorum consona corda Patrum.

## XXI<sup>o</sup> Casanata.

Ius aliquod fateor poterit Casanata manere  
Cuius apud Petrum vox sonat, esse domi  
At Casa Regnantis non nata et fabrica Christi  
Fascia non fasces hunc decuere igitur.

## XXII<sup>o</sup> Marescoti.

Et Mare Virtutum, merito Marescote Papolis  
Sal non in Cerebro deficit ipse Scatt  
Si Zephyri aspirent vertent huc Carbasa Patres  
Non erit indionum hac nam mare rete Petri.

## XXIII<sup>o</sup> Spada.

Ecce duo glady! Christum olim Petre, monchas  
En gladium Spadam, Petre, quid inde placet  
Mitte in Vaginam Gladium fortasse reponis.  
Ne Petro gladius quilibet aptus erit.